

et stupende luxuriat in hybernaculo, verum florere recusat. Si hanc noveris, quaeso me doceas qualis sit. e singulis alis foliorum longissimos protrudit viticulos, in ramos transcurrentes; dissecui luxuriantes ramos, tamen nolit florere.

Accepi Tuas d. 5. Augusti.

*Centaurea nigra* (*Jacea nigra laciniata* etc.), *Trifolium squamosum*, *Monarda fistulosa* erant inclusa specimina. Grates egi in ultimis pro missis per Gronovium, quae rite habui, uti et nunc pro inclusis Heraclii seminibus.

Si conferas *Dioscoridem* et omnes veteres *Fagonia* erit *Dioscoridis Tribulus*. *Tribulus* vero a Tuo *Dioscoride pictus* est *Tribulus terrestris*. Gratulor.

27. *Inula hirta*. — 28. *Inula Britannica*. — 83. *Festuca elatior*. — 76. *Avena sesquitertia*. Gr. prat. villos. panicula densa dilute spad. Scheuch. gram. 220. — 30. *Avena flavescens*. — 68. *Cinna fruticosa* mihi nova. — 85. *Agrostis arundinacea*. — 84. *Poa distans* mihi nova. — 81. *Festuca bromoides*. — 72. *Festuca bromoides*, ni fallor eadem praecedenti. — 74. *Festuca bromoides*, ut videtur eadem. — 74. *Bromus*. Gr. loliaceum, locustis longis aristatis Segu. veron. — 73. *Bromus*. Specimen non sufficit; certe non scoparius. — 25. *Carex acuta*, polymorpha ista planta. — 21. *Carex muricata*. — 23. *Carex leporina*. — 25. *Carex leporina*, ni fallor eadem. — 31. *Carex remota*. — 32. *Carex remota* etiam. — 18. *Carex* non sufficit. — 24. *Carex*. Fructum deberem videre, flos non sufficit. — 30. *Carex tomentosa*. An *Cyperoides angustifolium montan.* folliculis villosis Scheuch. Gr. 423? — 23. *Carex brizoides*. — 79. *Aira alpina*? Alias non possum ex specimine dignoscere. — 64. *Agrostis canina*. — 70. *Poa nemoralis*. — 78. *Poa angustifolia*. — 82. *Poa trivialis*. — 55. *Inula crithmoides*, varietas integris foliis. — 54. *Aster acris*, ut videtur ex imperfecto specimine. — 2. *Carthamus creticus*. — 4. *Senecio squalidus*. — 6. *Senecio byzantinus* ut videtur. — 39. *Erigeron viscosum*. — 11. *Filago montana*, sed malum